

Lib. XXVII. Tit. I.

De Excusationibus.

§. I. Excusationum

Primum genus; ut ne volens quidem admittatur.

1. Ob *inhabilitatem*, quam infert

1. vitium seu morbus gravior, adversa valetudo,

2. inimicitia cum Patre,

3. ætas minorennis, aut decrepita,

4. paupertas,

5. literarum imperitia.

2. Ob *militiam*.

Alterutra h.c. vel inhabilitas vel militia, superveniens tutelam vel curam cessare facit.

3. Ob *controversiam* cum pupillo ex jure ad rem, vel in re,

v. g. ob Creditum. Quod si dissimulat puni-
tur.

Hæc superveniens adjungi facit alium.

§. 2. *Secundum genus*, ut inviti cogi nequeant.

1. ob *privilegium* v. g. numero liberorum, professioni, dignitati, absenti Reip. causa &c. datum.

2. quod *jam occupati* sint

vel tribus diversis tutelis aut curis,

vel unâ diffusi nimis patrimonii,

vel administratione fiscali.

Tutor pupilli ad ejusdem curam cogi nequit.